Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammelhandschrift - Cod. Aug. perg. 112

[S.l.], [8. bis 9. Jh.]

Ps. Sergius/Servius, Explanationum in Artem Donati Lib. I

urn:nbn:de:bsz:31-1464

Visual Library

doctus. fortis. Adiecta personis. ut magnus filosophus. doctus homo. & plenius
est sensus. magnus uir. fortis & exercitus. Alia nomina actualia. quia ab actu discendunt
Ut dux. rex. nutrix. orator. Sunt alia qualitatis. ut bonus. malus. Alia quanti
tatis. ut magnus. paruus. Alia gentis. Gentes a gente eueniunt. ut grecus. romanus.
hispanus. Alia patriae. Patria a patriae discendunt. Ut atanienensis. tebanus.
Alia loci. loci a loco. Ut suburbanus. Alia numeri. ut unus. & duo. Alia ordinis.
ut primus. secundus. Sed primus de multis. De duobus prior dicitur. Sic
de duobus alter dicimus. & de multis alium. Uerbalia dicuntur quia de uerbo
nascuntur. Ut lector. dictor. Participalia quia sic sonant. ut participia. Ut legens. demens. sapiens. potens.
Uerbisimilia aut uerbisimilitudine dicta. ut contemplator. comedo. palpo
speculator. sed illa conparationibus discernuntur.
Item sermo de eadem arte donati de nomine. Nomen dictum est quasi no
tamen. notas enim tenet. Nam cum maiores nostri uiderent rerum naturam & nescirent
quemadmodum appellarent. constituerunt sibi nomina. quae res diuersas appella
rent. ut propriis nominum uocabulis absentia prestolarent. Item ut dicerent leonem
leporem & cetera. idem quae animam non habent. scamnum. cathedram. lectum. Item in
corporalia. ut dignitas. gloria. Ergo si non uideam scamnum sed audiam. necesse est ut
ad notitiam ueniat. Quemadmodum enim potest nobis aliquid in notitiam uenire
nisi per nomen. Item de nomine proprio. Nomen est pars orationis cum casu
corpus aut rem proprie communiterue significans. legitur in preceptis aristo
telicis & stoicis. & fere omnium hanc esse perfectam definitionem quae & separat
a ceteris communibus rem. & sui propria ostendit. ut puta si homo est animal ratio
nale mortale risus capax. Uide quemadmodum separat a communibus & di
propriam. Nam dicendo homo est animal. separauit a lapide. dicendo rationale. se
parauit a beluis. dicendo mortale. separauit ab angelis. risus capax. iam hoc propri
um est ipsius. Dicendo enim cum casu separauit a uerbo. separauit ab aduerbio. Sep

rauit a coniunctione. Separauit a praepositione. Adhuc a duabus non separauit
a nomine scilicet et participio. Nam casus accidunt pronomini et participio.
Quid ergo separat nomen ab illis. persona aut tempus. Nam persona pronominibus
est coniunctionis. participiis tempus. Istae sunt ergo perfectae definitiones.
Nomen est pars orationis cum casu. Ideo dixi cum casu. quia nullum nomen est sine
casu. Quid est sine casu. Sine omni casu. Certe rerum sine aliquo casu non potest inue
niri aut unius casus. Ut sponte tabo natu. aut duorum ut iuppiter. aut trium ut nequam
aut iiiior ut huius latris. huic latri. hunc latrem. ab hoc latre. Sine casu autem non potest in
ueniri nomen. Nam mox ut nascitur nomen. habet ipsum appellationis suae casum. Ideo definiuit.
Addidit deinde corpus aut rem. corporalia et incorporalia. Dicunt gramatici.
Uideris quid dicant philosophi. ut oratores. Nam gramatici corporale dicunt.
quod uidetur et tangitur; Incorporale. quod nec uidetur nec tangitur.
Significat autem aut proprie aut communiter. Proprie si dicas. hector. et communiter
si dicas. homo; Proprium est. quod unius est. Commune quod multorum; Nomen proprium
numerum pluralem numquam recipit. nam quod proprium est. unius est. Quod unius est.
numerum pluralem non recipit. DE NOMINE APPELLATIUO. Homo. et ego
homo. et tu homo. et ille homo. et alii homines. Si ergo appellatiuum est. quod
multorum. quare recipit numerum singularem. Quemadmodum proprium non recipit nu
merum pluralem. Sic et appellatiuum non recipere debet singularem. Sed hic facilis ratio est.
quam in proprio. Nam ubi unus est. multi non sunt. Ubi autem multi sunt. et iam unus est. Appellatiua
quae sunt propria. Quae autem propria sunt. fieri appellatiua non possunt. Uictor dicitur a uictoria.
felix a felicitate; Ergo sub hac significatione appellatiuum est. Uictor dicitur
enim a uictoria et pater filio suo hoc nomen inponit et uocatur aliqui uictor. aut felix
et fit ex appellatiuo nomen proprium. ista est difinitio nominis; Qualitas nominum
diuiditur in duas partes. Aut enim proprium est nomen. aut appellatiuum. plus non facit
qualitas. INCIPIUNT ARTES AUDACI DE SCAURI ET PALLADII LIBRIS EXCERPTA;

uuolfuinus.